

merò individuum, sed speciem successivè pluribus individuis communem. Ita hòc loco, vel individuum vagum significat, ut Gen. XIV. 13. c. XXIIIX. 11. Job. XIIIX. 15. quæ loca Coccejo visa & laudata; Vel potius certum genus ac seriem Regum, qui unum, constituunt regnum, unitate non numericâ, sed specifica & successiva. Atque tantum de SUBJECTO CUI seu Objecto hujus pericopes Prophetica dicta sunt.

§. 18. Succedunt jam PRÆDICATA, quæ de hoc Rege Anti-Christo M. Ecclesiastico ordine enunciantur, eique competunt I. ratione Regiminis utriusque, tam spiritualis quàm secularis. v. XXXVI. seqq. II. ratione fortunæ & Martis ἀλλοπερσ-ἀλλὰ v. XL. seqq. Quantum ad Dominium Ecclesiastico-Politicum, describitur illud περιληπτικῶς. v. XXXVI. 1. ab arroganda sibi potestate ἀυτοκρατορικῆ: כְּרִצּוֹנוֹ וְעֵשְׂרוֹ pro lubitu aget. v. 3, 16. IIX. 4. וַיִּתְרוֹמֵם וַיִּתְהַדָּר עַל-כָּל-אֱלֹהִים superextollens ac efferens semetipsum super omne Numen: וְכָל חֲזַק מִשָּׂאֵר שְׂרֵי וְאֵילֵי הָאָרֶץ omnesq; potentes è principibus & dominis Orbis universi, ut Jachiades ὁ Θεοφάσης. ὑπερμαρτυροῦντι πᾶντα λεγόμενον θεὸν ἢ σέβασμα 2. Thess. II. 4. suprematum exercens super quemlibet, qui dicitur Deus, aut quod colitur, ita nempe ut vox OMNIS supponat accommodè non absolutè. super Angelos ac summas potestates, quarum archetypa est Majestas Divina. Psal. LXXXII. 6. etiam super Augustos Imperatores, qui seculo Tertulliani & Optati Milevitani, Secundi à Deo. post eum primi, solòq; Deo minores audiebant, qui ante omnes ac super omnes deos ac homines colebantur. Facit huc quod Theophile Brachet de la Milletiere apud D. Paulum Donatist. legit, θεὸν καὶ σέβασμα, Numen & Augustum. Atque addit: Est verò id Nomen proprium, quò Imperatores vocabantur σεβαστοὶ Augusti. id enim quod Deus dicitur, Reges sunt ac Cæsares, & nomen Ordinarium Imperatoris erat DIVUS AUGUSTUS. ex his duobus vocabulis conflatum, quibus utitur Apostolus. q. θεὸς σεβαστός, per figuram, quæ dicitur ἐν Μαθιού. Syrus quoque Ἡμῶν ἢ vel καὶ Σεβασμα verti potest.

T. c. 30. A. pologer. c. 2. ad scapul. c. 34. l. de resurr. carnis O. adv. Par. menian. Donatist. l. 3. p. 85. tract. Gall. Remede contre le schisme.